

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Compassio r  
cum uariis

Cuius pectus tam ferreum, cuius cor tam lapideum ut gemitus non exprimat, lacrimas non effundat cum proximi uel amici morbum uel interitum intuetur ut patienti non compaciatur et dolentibus non condoleat? Ipse Iesus cum uidisset Mariam et Iudeos plorantes infremuit spiritu, turbauit semetipsum et lacrimatus est.

Innocencius de uilitate condicionis humane.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

dolentibus non] non dolentibus (*cor. intra*) M; et *om.* M; uilitate] vita P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>